

IN ABDIAE. CAP. I.

329

est: aut tempore alicuius Regis sequentis: nō
verò tēpore Regis Achab. qui præcessit Regē
Achaz per ducentos ferē annos. Et equidem
vsq; ad Achab Regem Israēlis & Ioram filiū
eius, Idumæa non solum non nocuit Iudæis,
imò verò erat illis subiecta. vt in 4. Reg. ha-
betur. Non ergo admiserat cōtra Iudæos sce-
lera, quorum eam accusat Abdias. ¶ Stat igit-
tur probabiliter tententia, Abdiam non vi-
xisse tempore Achab, Regis Israēl. sed tempo-
re Achaz Regis Iuda, vel successorum suorū.
Achaz inquam, cui bellum intulere Tyrij,
Philistæi, & Idumæi. qui crudelissimè tracta-
uere deuictos. ¶ Et hoc bellum erit nobis
lux, & stella, quam nauigantes per huius
Prophetæ procellosum pelagus, continenter
aspiciamus.

4. Reg. 8.

CAPVT I.

VISIO Abdiae. Hec dicit Dominus Deus ad Edom, Auditum an-
dimus à Domino: & legatum
ad gentes misit, Surgite, & con-
surgamus aduersus eum in pralium. Hæc ver-
ba, & ferè totum hoc Abdiae caput habetur
apud Jeremiam, qui nobis alicubi Abdiae e-
rit interpres. Primò, titulum suæ prophetiæ
indidit Abdias, scilicet Visio Abdiae, id est,
Deus Abdiae lumen propheticum dedit: in quo
vidit Abdias, quæ in hac prophetia pronun-
ciavit. Igitur visio & reuelatio fæta Abdiae
est, quæ sequitur. de lumine propheticō vide

Y 2

D.Tho-

Iere. 49.